

Tractatus ampliacionū

sanctus in celo erit. peccator in terra. senex erit puer. que omnes sunt false.

Ad ista est distinguenda. albi potest esse nigrum. et etiam ista. impossibile potest esse verum. etiam probatur a simili. **Ad** id quod non est simile. quod in prima materia potest separari a formali et subsistere alteri formali. sed in isto sophismate materiale non potest separari a formali. quod quod semel subsisterit forme impossibilitatis. hoc nunc potest subsistere forme possibilitatis. quod si sic tunc non diceretur impossibile sed possibile. Unde duplices sunt propositiones de impossibilitate. quedam sunt in quibus predicatum dicti non convenit subiecto dicti. et tales non sunt distinguende. sed sunt simpliciter false. et sic est in proposito. quod esse verum nunc potest convenit impossibili. **Alie** sunt propositiones de impossibili in quibus predicatum dicti convenit cum subiecto dicti sive in quibus materiale separari potest a formali. et tales sunt distinguende. ut patet de illa. album potest esse nigrum.

Ad quod erit impossibile potest esse verum. et impossibile potest esse verum. etiam tenet. quod istud videtur esse pollere. scilicet ab equalitibus. **Ad** hoc etiam probatur. quod ante christum non fuisse post tempus suum erit impossibile. et ita est verum. **Ad** id quod ibi non arguitur ab equalitibus. quod in antea una copula. scilicet de futuro precedit impossibilitatem sed in presentia sequitur. et non equalent. **Et** ita deberet argui. impossibile quod erit potest esse verum. et impossibile potest esse verum. et tunc etiam est falsum. **Et** si dicatur (potest) ampliari ad presentis et ad futurum. ergo sophisma gratia ampliacionis erit verum.

Ad id quod potest extendi ad presentis et ad futurum. dummodo tamen illud futurum non habet in se formam impossibilitatis quod hic fit. quod est sensus. impossibile quod erit potest esse verum. et sic est falsum.

De ampliacione (que fit ratione suppositoꝝ) talis datur regula. Terminus communis supponens verbo habenti vim ampliandi a se vel ab alio. ampliatur ad ea que possunt esse sub forma termini supponentis. ut homo potest esse animal. hic iste terminus homo non solum supponit pro presentibus sed etiam ampliatur ad homines qui erunt. **Dico** autem (de se) quia hoc verbum potest de se habet vim ampliandi. **Dico** autem (ab alio) quia hoc participium potens. et hoc nomen possibile dant virtutem ampliandi verbo cui adiunguntur. ut homo est potens esse animal. vel animal possibile est esse album. et sic de alijs. **De ampliacione autem (que fit ratione temporis) talis datur regula.** Terminus communis supponens vel apponens verbo habenti vim ampliandi quo ad tempus supponit pro his que sunt. que erunt. vel que fuerunt